

Vg  
372





Halle




QK 198. (26)

Vg  
372

**Petri Suave  
nii Equitis  
Pomerani  
ad Joannē  
Cellariū epi  
stola Apo  
logetica.**

1579





P. SVAVENIVS, IOANNI CELLARIO

ελληβορον.



Cella. ample-  
ctitur suo iu-  
re viam im-  
mortalitatis  
parādæ, quā  
potest.

Alienis plu-  
mis se vesti-  
uit Cella. in  
sua responsi.

Per.  
O Iane a ter-  
go quē nul-  
la Ciconia pi-  
sit.

Mimica leui-  
tas.

Gratiæ ni-  
miæ nō om-  
nino gratæ.

Edigis in consuetudinem, amicis-  
sime Cellari, vt familiares quoq;  
epistolæ repentinam mortalitas-  
tem exuperent. & nihil tuis mori-  
bus alienum facis. Decet enim fe-  
stiuum illud tuum, sed tamen sine  
cerebro caput, hoc studio detineri. Quippe, cui  
hæc sola immortalitatis parandæ via relicta est.  
Amplecteris itaq; tuo iure, quod potes. Sed non  
fatis intra pelliculam te contines, dum historiam  
scribis. nempe, ad eiusmodi negotium ineptissi-  
mus. Quanto enim meliorem præstas vexato-  
rem, quam rerum narratorem, tanto mihi nunc  
quoq; videris, quam ante venustior. & dubium  
me facis, tu ne scis Proteus ille, de quo plenæ poe-  
tarum sunt fabulæ. Neq; enim mirari sufficio, vnde  
de tam repente nouus euaseris Cellarius. Nisi fors-  
te extra iocum est quod scribis, te sic epistola nos-  
tra delinitum, ac si in pernaſſo somniaſſes. Sed re-  
uereor Ciconiam, quam ex Persio pinſere didi-  
cisti. Vt cunq; sit (neq; enim negabis, opinor, te no-  
stro impulsu suauiloquentiorem factum) gratias  
tuas libenter agnosco. siue, quod meritis sim de  
tui nominis honore, quātumuis belle. propterea,  
quod sopitum illud dicendi genus tuum, in mimi-  
cam quoq; leuitatem conuerterim. siue, quod in-  
gratitudinis vitium tibi semper (vt ipse fateris) in-  
uisum, hoc modo satis longe possis effugere.  
Quanquam (vt aperte dicam quod sentio) non  
omnino gratæ mihi fuerunt illæ tuæ gratiæ. prop





IO  
cifs  
oq  
itas  
oris  
fe  
line  
cui  
est.  
non  
am  
ffis  
to  
inc  
um  
oe  
vne  
or  
no  
re  
di  
no  
ias  
de  
ea,  
mi  
in  
in  
re.  
non  
op

terea, quod nimix extiterunt. Nam, nec ob τῆσ Φι  
λαυτ. ασ suspicionē, omnes agnoscere possum, nec  
ī te satis digne regerere. Conabor tamē, si diis pla  
cet, & ipse, studium in te meum exponere, quando  
tu υπερβολικωσ adeo, de nostro sentis ingenio.  
Nec voluntati adscribi velim, sicubi non Hesio  
dia mensura tibi occurrero, sed facultati. Quāq̄  
is sum ego, q, vel tuo ipsius iudicio, te ex dormitā  
te vigilantem, ex inculto lepidum, & plane alium  
effecerim. Tu rursū, si quisquā alius, de nobis  
certe es meritus, qui laqueum ferres. Hæc em̄ est  
propria merces eorum (nisi me quid fallit amici  
studium) qui familiaribus epistolis suum ius adi  
munt. Sed obstat illud, non tantum in reponendis  
gratiis, sed omni adeo opere vehementer spectan  
dum, αικαι Δυνηαι. Quare interim erit aliquo p  
dire tenus, si non datur ultra. Sed quo? Te enim  
nunc ipse in consilium adhibeo, num velis inter  
octavi cœli heroas lucescere, an in nono potius  
cum tribus illis tuis Musis secreto fabulari? Ti  
mor enim est in octavo propter vrsas, & sinuo  
sum illum aguem, sed non inconueniens tuis mo  
ribus locus. In nono vero, altum illud silentium,  
& confabulationi maxime subseruiens, secessus.  
Quem equidem: cum tua adeo ipsius voce arator  
sim: si tibi non solum inarare, sed tuarum quoq̄  
virtutū seminib. ispergere nitor maius fortasse ne  
gotium suscipio, quam pro meis virib. Vt qui in  
ipsum quoq̄ cœlum, aratrum coner inducere. Sed  
tamen, si mores tuos exposuero, & facta secundū  
virtutem collaudaro, dignabitur hanc insolentiā  
nostram venia, candidus lector. Siue, quod pro

Hesiodia mē  
sura occurre  
re.

Familiarib⁹  
literis suum  
ius adimētes  
laqueum me  
rētur.

Adhibet Cœl  
la, in cōsiliū,  
num velit in  
ter heroas oc  
tavi cœli lu  
cescere, an in  
nono potius  
cū trib⁹ mu  
sis suis secre  
to fabulari.

A ij



Tres Musæ  
Cella.

Saturno agri  
cultura, Cere  
ri fruges, Bac  
cho vitis, q̄  
rundam opi  
nionē debet.

Mulierū ge  
nus zelotipū

Cell. per tres  
Musas signi  
ficat tres lin  
guas.

Aliorum in  
uētis vti, mi  
seri est inge  
nit.

Catachrisms?  
Cella.

uocatus facio. Siue, quod tibi verborum nouato  
ri, & locum adscripturus nouum, non ineleganter  
sim. Tu enim ille es, qui nobis nouem Musas in  
tres redigisti. Quod tuum in omnes latinarum  
literarum studiosos beneficium, si longius exau  
ditum fuerit, non minus immortalitatem merebis  
tur, quam, aut Saturni agricultura, aut Cereris  
fruges, aut Bacchi vitis. Prodest enim non minus  
hodie mortalium ignauitæ, tres tantum esse Hero  
doti Musas, quam profuit olim industriæ, diligē  
ter ea conquirere, quæ ad vitæ commoda pertine  
bant. Hoc autem pro summo in te amore nostro  
dissimulare non debeo, quod periculum tibi im  
minet a sex reliquis, dum tres tantum agnoscis.  
Nam & ἑλλοτοπον est mulierum genus, & contenz  
tionis maxime studiosum. Nosti enim, quam ægre  
ferat apud Homerum Iuno, Iouem suum κρυπτα  
δια φρονεοντα δικαξεμυ. Quod, si in musas nobis  
certamen induxeris, tu videris, vbi alterum sis in  
uenturus Paridem. Iudicium enim hic, ob parem pe  
ne nominum laudem, non procliue est. Vt non di  
cam etiam, quod dubiū adeo lectorem facis, quas  
tres ex nouem maxime velis. Nam, quod ad me  
attinet, abūde capio schema tuum. Significas enim:  
nisi me fallit opinio: tres linguas. Quæ vox, quo  
niam in ore nunc omniū est, a te non iniuria con  
temnitur. Decet enim Cellarianam maiestatem non  
tantū maiorum inuentis vti (nam hoc, si quid Ari  
stoteli credimus, miseri est ingenii) sed etiam no  
uum aliquid effingere, quo maiestatem illam cœle  
stem propius referas. Cauendum autem est, ne om  
nes hunc tuū καταχρησμον parū intelligant. Nam



& schema est, nostris temporibus rarum, & moribus infrequens. Sed hæc tu: quæ tua est prudentia: & vt soles omnia, diligenter prospicies. Quippe, cui tale in reb. omnib. iudiciū est, vt nulli vnq̄ simile. Etm̄, de oratoris professione ea sentis, quæ nullus vnquā veterum, qui de dicendi facultate aliquid scripserunt. Quis em̄ ante, quā tu hoc indicasses, credere potuisset, nullum esse discrimen inter oratorem, & oratorem perfectum? An non extat libri M. Ciceronis de oratore perfecto? Quid ita perfecto, nisi sit, & qui dicatur imperfectus? Sed hanc nouā rerum συγχευσιν facile cōdonam tibi, qui expedite adeo nobis secernis, totum esse ab eo, quod sit totaliter. Cæterum, cum adeo sacrarum literarum professionem tibi vendices, hoc mirari de te nequeo, quod tui decori oblitus: quod tamen iudicio proximum esse solet: euangelicam vocē, Beat⁹ v̄ter, q̄ te portauit, & vbera q̄ suxisti, p̄ scōmate in nos detorq̄as. Hæc ne est tua religio in tractādīs sacris, vt quæ, nec p̄phanatissimi gētilis in suorū deorum simulachris ausi sunt, tu in viuificis spiritus sancti mysteriis turpissime coneris? Quoties legis apud Vergilium, Aeneā a priorū deorū contactu abstinuisse, cum se immundum, aut cæde pollutū credebat? Et tu, spurcissime nebulo, in me ludere audes his verbis, quæ solus dei filius audire dignus fuit. Neq̄ em̄: vt opinor: hic me honoris tui memorem esse oportet: cum tu, non tantū professionis tuæ, sed amicorū quos iactas, adeo sis oblitus: vt, quæ illi ad restituendam pietatem dies noctesq̄ conferunt, tu vulgi

Schema Cel.  
 rarum & infrequens.

Cella, expedite  
 te secernit in  
 epis. sua totū  
 a totaliter.

Vide, quam  
 grauit̄ iis  
 stomachetur  
 Erasmus in  
 suo cōpēdio.

Falso se mag  
 norum amicitia  
 iactat  
 Cella.

A iij



Falso se mag-  
norū ami-  
tia iactat Cel-  
la.

Cella, audet  
pl<sup>9</sup> bonis gē-  
tilibus.

Socrates per  
coelum iura-  
re noluit.

Ozæ histo-  
ria.

Angusti est  
ingenii, seriis  
risum capta-  
re.

Fabius mo-  
net, ne ipsi ri-  
diculi, risum  
moueamus.

Hos Cella,  
iactat ami-  
cos, sed falso,  
vt eorum li-  
teræ docent.

fabulā reddas. Hic, hic, nunc curæ tibi fuisset tuus  
ille albus, quē tu me ante perdidisse gloriaris, quā  
inuenerim. Nam, boni iuuenis nomen: quod vnum  
profiteor: etiā te reclamante, tenere possum. Tu  
vero videris, quō sacrarū literarū p̄fessionē susti-  
neas, si quæ nulli, saltem boni, gentiles ausi sunt,  
tu Christianus, non dico quā christiane, moliris.  
Nō mouet te gentilis ille Socrates, cuius tanta fuit  
in diuinis obseruatio, vt per coelū iurare noluerit:  
sed semper, *NI TON KUNON?* At, moueat saltē ille veteris  
testamēti Oza, qui ex cōtactu cœlestis arcæ, mor-  
tem cōmeruit. Tu vero ex p̄phanatione sancti spi-  
ritus arcanorū, vitā speras? O indignū nephas. O  
angustū Cellariū, Si adeo es inopis ingenii, vt se-  
riis risum te mouere necesse sit. Cōsulti<sup>9</sup> vtiq; gra-  
uitatē seruasses, quā ridicule adeo risum mouis-  
ses. Scis em̄, quā accurate moneat Fabius, ne ri-  
sum moueamus, ipsi ridiculi. Sed dandū fortassis  
hoc est autoritati tuæ, quia modicū est. At, cum  
tot Erasmos, tot Capniones, tot Fabritios, tot  
Buschios in scriptis tuis, partim amicos, partim  
p̄ceptores, partim parētes ostētes, cōuenisset vtiq;  
te nō adeo a parentū tuorū moribus recedere, vt  
plane adulterin<sup>9</sup> videaris filius. Nam illi q̄s citas,  
toti<sup>9</sup> orbis cōsensu, reparādis sacris literis sunt ge-  
niti. Tu vero adeo nō idē sequeris iudiciū, vt quæ  
patres tui dies noctesq; vindicādis literis cōferūt,  
tu in ludū iocūq; cōuertas. Sed vide, quā nō satis  
cōsulte. Nam p̄terq; quod dubiū mihi reddis his fac-  
tis, an sis oīno tantorū virorū p̄genies: cū adeo re  
ipsa nō cōfirmes: & hoc incōmodū est, quod prouer-  
bio fidē detrahis, quo veluti muro, cōtra me vsus



es. Nō em̄ iam solū dicere possum κακὸν κορακοσ κακὸν  
κονων. Sed etiā καλὸν κορακοσ κακὸν κονων. In tantū nō  
sunt hæc ομοια κορακοσ ωα. Idq̄, cum maxime esse  
debebant. Nam, cum libenter cum Homero sentis  
as, vtpote, ex quo ptuleris illud οὐ χρῆ πᾶν νύχι  
ον, tum certe hic dissentire te non satis decebat, vbi  
generis tui contentio vertitur. Ille em̄ tantam fere  
tribuit vbiq̄ parentibus & liberis similitudinem,  
vt Menelaum inducat ex ipso tantū aspectu sic lo  
quentem ἐπει οὐδε κακοι τοι οὐσδε τεκοιεν. Te vero sa  
crarum literarum prophanatorem, a tantis viris  
prognatum credere poterimus? Vides nunc, opi  
nor, quā non in nugis tragædias agam. quanque  
possim abunde multa producere, quibus maleuo  
lentiam & ignorantiam tuā queam abunde testa  
ri. Sed nolo lectori tempus & nummos his nugis  
suffurari, quod tu facis, dum multis verbis nihil  
tamen dicis. Nam, quod nihil promoueris seria re  
sponsione tua, quantū ad causam attinet, tametsi  
loquacissima, hoc vnum satis indicat. qd, vt maxi  
me possis ostendere, quicq̄ a Cæsario Pfluck præ  
lectum, nunq̄ tamē efficies, quin eo tempore, quo  
tu scribis, factum non sit. vt sic adhuc manifestari  
& ingratus a deo, ne dicam imprudens, calūniator  
existas. Quod em̄ nō ignorem quid sit calūnia,  
alias ostendā. Interim hic nunc vsura fruiere. Qd  
vero a discipulis tuis expectas, vt intra sua regna  
continere se possint, hoc eatenus approbo, quate  
nus tua patitur inuidia. Cæterū, vbi p̄ceptoris no  
men & fama vertitur, ibi sic in eius verba iuro, vt  
vita comite, derelicturus nō sim. Neq̄ tu me tuis  
Ciconiis, aut albis auriculis absterrebis, quas so

Id est, Mali  
corui, malū  
ouum. sed bo  
ni corui, ma  
lum ouum.  
& similia  
corui oua.

Quonia ma  
li tales non  
gignerent.

Arguit Cel  
la. mendaci  
& conuincit.



79. 317 BK

Versus Per-  
sii ex saty. pri-  
ma.

Cella. men-  
dax aut calu-  
niator.

las ex Persio imitari didicisti. Nam, si totum ipsius poetæ contextum legisses, non adeo scurriliter tuam causam egisses: ut, qui hæc, veluti præsens in te dicere videtur, Nil ne pudet capiti non posse pericula cano pellere, quin trepidum hoc cupias audire decenter? Fur es ait Pedio, Pedius quid? crimina raris librat in antithetis, doctas posuisse figuras, laudatur: bellum hoc. bellum? At minime bellum, Cellarium mendacem esse: aut, ne quid grauius dicam, calumniatorem. Præceptoris utique mei eloquentia, toto orbi nota est. Nec magni refert, quod tu modestiam nobis denegas, qui ipse nullam habes. Iudicium erit aliorum, vter nostrum modestius sacra prophanæ tractauerit. Tu interim hunc puerum pro viro tuo recipe. Neque enim reuereor hoc nomen, modo non putes euangelicum illum & centum annorum. Sed hic tuis moribus conuenerit magis. Discipulos tuos, ad quos relegare me niteris, non accepto: ut, cum quibus mihi, nec rei quicquam, nec spei. Tu es Hector ille, qui Patrocli mei armis superbis. Te ego præceptoris absentis nomine eatenus accusabo, quatenus tu, te abunde purgaueris. Nam, tergiuersionem tuam seriam, parum ad rem facere, nos abunde, tametsi paucissimis verbis, probauimus. Nunc bene vale, & si minus abunde tuis scommatibus satisfactum est, cogita, me adhuc puerum, non tam conuictis, quam æmulatione tecum decertasse. Lipsiæ, quarto nonas Septemb. Anno M. D. XIX.





ips  
rilis  
oræs  
non  
c cu  
qd?  
uisse  
ime  
l gra  
que  
i res  
ipse  
strū  
inte  
em  
licū  
bus  
reles  
mia  
i Pa  
s ab  
u, te  
tuā  
netfi  
vale,  
tum  
tīs,  
quar


(x2206673)











Vg  
372

(26)

Petri Suave  
nii Equitis  
Pomerani  
ad Joannē  
Cellariū epi  
stola Apo  
logetica.

1579

